

dictam Mutendorf cum adtinentiis suis preposito et conventui in Luseniz in proprietatem dedimus et resignavimus sempiternam, nullo deinceps iure in eisdem nobis et nostris successoribus remanente. Igitur quia stabilitati mandanda sunt, que rationabiliter ordinantur, ne in preiudicium aut destructionem huius nostre donationis aliqua nunc aut in
 5 posterum contrarietas valeat oboriri, in confirmationem et perhennem ipsius stabilitatem presentem eis dedimus paginam sigilli nostri munimine communitam. Acta sunt hec anno domini M. CC. XX., indictione . . .*) Testes sunt: Dominus Engelhardus Nuenburgensis episcopus. Dominus Theodericus maior prepositus. Magister Petrus. Henricus de Vlugsberc. Henricus de Strazberc canonicus Nuenburgensis. Dominus
 10 Heidenricus maior prepositus. Magister Alexander canonicus Misnensis. Witego abbas de Burgelino. Theodericus prepositus de Isenberc. Vlricus de Vriderc. Vlricus et Iohannes fratres de Pac. Volradus, Henricus et Tuto fratres de Corun. Otto de Ileburc. Wernerus de Ertmarsdorf. Ortolfus et Otto fratres de Isenberc. Bertoldus de Malenz. Wernerus de Discowe et alii quam plures.

15

(SD.)

430.

Markgraf Heinrich verkauft dem Kloster Lausnitz das Dorf Pretschwitz und 3 Hufen in Rauschwitz.
 1230 [September].

Hdschr.: Or. Perg. Regierungsarchiv Altenburg. S. fehlt.

20

Gedr.: Liebe, Zufällige Nachlese 54.

Ann.: Vergl. No. 429.

:In nomine sancte et individue trinitatis amen.: Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio, Thuringie lantgravius et Saxonie comes | palatinus universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam ad modum aque defluentis preterit figura mundi huius
 25 rerum gestarum memoriam secum trahens in | oblivionem, necesse est, ut, que in longevam educenda sunt noticiam, quibus subsistant, indiciis muniantur. Tenore igitur presentium tam posterorum quam et modernorum | deferimus ad noticiam, quod nos ex consensu heredum nostrorum et astipulatione vendidimus preposito in Luseniz et ecclesie sue pro
 30 centum et sexaginta marcis argenti villam Preswiz et in villa Russewitz et pago ipsius tres mansos cum omnibus agris, areis, pratis et ceteris adtinentiis suis, quibus nobis et progenitoribus nostris catenus pertinebant et quocumque modo poterant pertinere et ideo
 ratione venditionis iam dicte predictam villam videlicet Preswiz et tres mansos in Russewitz cum omnibus pertinentiis suis, ut premissum est, preposito et conventui in Luseniz in
 35 proprietatem dedimus et resignavimus sempiternam nullo deinceps iure in eisdem nobis et nostris successoribus remanente. Hec igitur quoniam rationabiliter acta sunt, ne aliqua contrarietate nunc aut in posterum possint impugnari, aut sinistra interpretatione inverti,